



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 51. Papæ responsum de differendis decretis circa Sacrificium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

concordia adeo Legatos commovebat, *Sæcul. XVI.*
 ut speciatim Nuntium ad Papam ablegarent, a quo denique, quid consilii in *A.C. 1562.*
 præsentis rerum vicissitudine caperent, edoceri possent, quapropter totam rei gestæ seriem ad eundem perscribebant.

§. LI.

Papæ responsum de differendis decretis circa Sacrificium.

Pontifex ponderatis Legatorum rationibus hac in occasione nimium rigorem obesse ratus, ut id, quod recusare haud poterat, saltem beneficii loco haberetur, Legatis hunc in modum respondit: „ Quamvis ego Gallos minime „adventuros putarem, considerabam „tamen, quod satius esset uberiores in „eos etiam comitatem præstari, etsi perperam eadem usuri essent, eoque „magis, ubi agitur de rebus, quæ ingentis in divinum obsequium, ac bonum „publicum sunt momenti, præterquam „quod cognoscam eo simul ferri vota „Cæsaris, nec re ipsa grave detrimentum prævideo in retardandis de sacrificio Decretis, quominus ad Sessionem „futu-

Pallav. n. 10.

quavis obvio oculo dispicere potest: quinam autem ceteri fuerint Principes, qui eadem postularint, Continuator caute reticet.

Sæcul. XVI. „futuram remittantur, ad quam nec
A. C. 1562. „plus, minusve parabantur reliqua ar-
 „gumenta, adeoque nihil ea de causa
 „protrahetur Concilium: idcirco eam
 „moram in vestro, aliorumque Patrum
 „judicio repositam volo, in quorum ar-
 „bitrio ut reponatur, idem Lanfacus
 „efflictim petierat: ideo quod in me est,
 „hujusmodi concessionem non reprobo.
 Quamprimum Mantuanus Cardinalis
 hoc Papæ responsum acceperat, mox die
 decima quarta Septembris tertia ante
 Sessionem die Pontificis literas Vicecomi
 Nuntio exhibuit: hic vero Man-
 tuano persuadere nitebatur, ut Sessio-
 nem differret, eoquod Pontifex illam
 vel celebrare, vel prorogare Legato-
 rum arbitrio reliquisset: itaque exceptis
 Vicecomitis rationibus, habitoque de-
 super colloquio, ejus consilium sequi
 decernebatur.

§. LII.

*Calicis concedendi negotium Papa
relictum.*

Pillav. l. 18.
c. 7. n. 12. &
13. c. 8. n. 1.

Postera die decima quinta Septembris
 Patrum conventus habebatur, ut i-
 bidem exciperetur Quinqueecclesiensis
 Episcopus, qui saltem Bohemæ Regno
 Calicis usum concedi petebat. Jam sæ-
 pius hæc petitio proposita crebras in
 Concilio altercationes concitabat, quin
 tamen